stae Carthagine consistentium (ut infra edita N. 1498. 1510. 1550. 1651. 1652. 1680. 1711. 1714—1716. 1744. 1820. 1835), pleraque scripta exeunte primo vel ineunte atque etiam medio altero saeculo p. Chr. (cf. Mommsen Eph. ep. 5 p. 108, C. VIII S. p. 1335).

1487 Ti. Claudius Marcellinus | [*proc. A*]ug. a patrimonio, | . . . . . .

Prope Romam rep. ad viam Cassiam (VI 8501 a descr. Amati; fragmentum VI 8501 b num recte cum eo coniunctum sit, dubito).

1488 Oronti | Aug. lib. próc. | patrimóni, | vixit annis | LXXXXVI, | Alexander próc. | piissimus filius | fecit.

Puteolis (X 1740 vidit Mommsen).

1489 Lémnó Aug.[1] l. | proc. | patrimóni et | hered. et | Domitiae Phyllidi | L. Domitius Lémnus f.

Romae (VI 8499 descripsit de Rossi).

1490 Domitiae Phyllidis | C.[2] C. Domiti Lemni | procur. | Germanici Caesaris.[1]

Florentiae, antea in vico Etruriae Montevarchı, sed origine sine dubio urbana (VI 8500. XI 1753). — 1) *Intellege: Augustae liberto, scilicet Domitiae Domitiani (cf. Hirschfeld Verw. p. 54 not. 5).* — 2) *Aut* C. *legendum: coniugi (Mo.), aut statuendum* CC *errore incisum esse pro* Cn. — 3) *Domitianum intellege (Hirschf.).*

1491 P. Aelius Hilarus | Augg. lib., qui | proc.[1] Alexandriae | ad rat. patrimonii.

In agro Romano sub Tusculo (XIV 2504 ter descripta saec. XVII/XVIII). — 1) *Procuravit.*

1492 d. m. s. | Iuliae Optatae | an. XXIII, | P. Aelius Aug. lib. | Alexander tab. | provinciae Lusit. | coniugi dulcissimae | fecit.

Emeritae (II 486 aliquoties descriptae saec. XVIII).

1493 d. m. s. | P. Aelio Vitali | Aug. lib., tabul. | provinc. Lusitan|iae et Vettoniae, | Stephanus lib. | et heres patro|no fecit.

Emeritae (II 485 aliquoties descripta saec. XVI).

1494 d. m. | P. Aeli Aug. lib. | Onesimi | tabul. prov. Iudiae.

Romae (VI 8579 semel descripta saec. XVII, accurate ut videtur).

1495 d. m. | Aureli | Sigeri | Aurelius | Augg. lib. | Aphrodisius | tabularius | Alpium Cot|tiarum.

Segusione, nunc Taurinis (V 7235 vidit Mommsen).

1496 d. m. M. Aurelius | Augg. lib. Euemer. | tabul. sacrarum pe|cuniarum provin|ciae[1] Cretae, cum Pac|cia Zosime uxore, | M. Aurelium Pistum | alumnum suum bene | merentem annis na|tum XXII hic condiderunt.

Livorni, ubi reperta sit nescio (Bull. inst. arch. 1884 p. 12 Henzen vidit ectypum). — 1) *Non differt puto a tabulario provinciae; sacrae pecuniae dicuntur quia sunt imperatoris.*

---

archive.org